

## Matteo Ronto.

Von P. Otto Grillnberger, Ord. Cist. in Wilhering.

Von seiner Mitwelt als „poetarum disertissimus“<sup>1)</sup> gepriesen, ist Matteo Ronto dem Andenken seiner Nachwelt beinahe völlig entschwunden. Sein Name lebt gegenwärtig nur mehr im Munde jener Gelehrten, welche die Geschichte der italienischen Literatur zu Ausgang des Mittelalters zu ihren Eingeweihten zählt oder die musenholden Gesänge Dantes zu ihrer genaueren Erforschung begeistern. Und wie wenig ist auch das, was uns diese über unseren Schriftsteller zu erzählen wissen! Dass er in Griechenland von Venetianischen Eltern geboren und als Mönch des Benedictiner-Klosters auf dem Monte Oliveti zu Siena 1443 gestorben; dass er Dantes Divina Commedia in lateinische Verse übersetzt und eine Vita Alexandri V. in Prosa geschrieben: das ist so ziemlich alles, was ihnen die Werke von Bulgarini,<sup>2)</sup> Zaccaria,<sup>3)</sup> Mehus,<sup>4)</sup> Vandelli,<sup>5)</sup> Giov. de Augustinis,<sup>6)</sup> Tiraboschi<sup>7)</sup> u. a. überliefert haben. War die Nachwelt unbillig, oder hat ihn die Mitwelt überschätzt? Nach dem, was von ihm bisher in die Oeffentlichkeit gedrungen, lässt sich die Frage unmöglich entscheiden. Es sind nur zwei Gedichte, eine Elegie<sup>8)</sup> und eine Ode,<sup>9)</sup> und einige

<sup>1)</sup> Vgl. die Wilheringer Handschrift IX, 77, Fol. 1<sup>a</sup>: Incipit Epistola Et latina greca metrica ac prosayca | Per venerabilem haud non eximium fratrem Matheum | Ronto Editanostris temporibus poetarum disertissimus(!) | Ad faculentum virum Magistrum Guarinum Veronensem.

<sup>2)</sup> Difesa contro Carriero, Siena 1588, 74.

<sup>3)</sup> Storia lett. d'Ital. VI, 32 ff.; IX, 154 ff.

<sup>4)</sup> Vita Ambros. Camald. CLXXIII.

<sup>5)</sup> Lettera supra la divina commedia di Dante Alighieri tradotta in versi exametri latini da frate Matteo Ronto in Goris Symbolae litterariae, Romae 1752, II, 6, 139—191.

<sup>6)</sup> Storia degli scrittori Veneziani II, 611.

<sup>7)</sup> Storia della letteratura italiana V, 2, 512.

<sup>8)</sup> Dieselbe findet sich am Schlusse der Danteübersetzung in einer Handschrift in Lucca, welche aus der Zeit um 1380 stammen soll. Vgl. Bibliografia Dantesca . . . compilata dal Sig. Visconte Colomb de Batines, Prato 1845, 238:

Ecce quod aucupium michi translatio Dantis  
Denique retribuit premia digna ferens:  
Pro meritis tanti talisque laboris ameni  
Hec tulit, ut fierem subligulatus (!) ego;  
Vasa lavanda sui michi sordidis uncta coquina  
Prebuit et manibus subdidit illa scopam . . .

„Prosegue a descrivere tutte le vili faccende cui fu condannato in pena di aver fatto questa traduzione, piuttostoché attendere ai monastici esercizi; e potrebbe anche supporre che fosse così punito, perchè da alcuni teologi di quei tempi Dante fu tenuto per autore sospetto di eresia e pernicioso.“

<sup>9)</sup> Herausgegeben von Vandelli a. a. O. 152 f. nach einer Handschrift zu Castelnovo aus dem 15. Jhd. Bei der Seltenheit von Goris Symbolae dürfte manchem ein Wiederabdruck nicht unerwünscht sein.

Proben aus der Danteübersetzung,<sup>1)</sup> welche durch den Druck bekannt geworden sind. Letztere berechtigen nun allerdings zu dem Urtheile Gori's: <sup>2)</sup> „Dantis comoedia exametris latinis versibus fideliter ac non ineganter reddita est“, aber auch nur zu diesem Urtheile.

Umso freudiger war ich überrascht, als ich in unserer Stiftsbibliothek einen Codex fand, der viele, zum grössten Theile bisher unbekannte Werke Rontos enthält. Es ist die Handschrift IX, 77, Pap. XV. Jhd. 228 Bl. 4<sup>o</sup>. Der Einband, Holzdeckel in Schweinslederrücken, trägt die Aufschrift: „F. Matthaei Ronto Mss.“ Die Werke unseres Schriftstellers füllen jedoch nur Bl. 1<sup>a</sup>—87<sup>a</sup> aus. Die folgenden Bl. umfassen s. Hieronymus, De Malcho monacho, Briefe, eine Abhandlung über Terentius' Leben und

Apostropha Fr. Mathei Ronto ad urbem Pistorensem.

Arte tui que pulchra manes, o dulcis ab omni  
Pistoris, et claram sobolem que gignis in euo.  
Summa dei decreuit opus iam gracia presens  
Scriptor et occiperem necnon ut letus obirem  
Sub dicione tua. Menia claudis et intra  
Excubias quot passus ego quantosque labores  
Extiterim tricas rabidas liuoris edacis  
Pretereo, ne forte profans fastidia ducam.  
His pocius, qui grata petunt compendia rerum,  
Denique quod referam, referam sic poplite flexo.  
Eximias persoluo deo pro munere laudes,  
Quod michi contribuit tantum sollemne sub astris.  
Sit decus ergo tibi, sit gloria tanta datori  
Nunc operis tanti. Pro te sed, Pistoris, edam  
Pistica farta fide. Per secula cunta benignus  
Te deus altificet, faustam defendat ab omni  
Hoste tuo genitosque tuos concinnet in unum.  
Urbs ea, que genuit, felix Pisana, que quondam  
Bartholomee gerens fuluum per tempora calcat  
Plurima milicie. Michael celebrisque per orbem  
Doctor et Archigenes medicine, Pistoris ipsa  
Quem peperit. Celum das viteque dietam,  
Pistoriense solum quem mundo contulit ortum,  
Multa memor, frater Monitor Francisce Minorum,  
Cuius et ingenio sacrata sciencia floret.  
Omnibus egregias ego vobis prebeo grates,  
Qui michi continuo suffragia trina fuistis  
Hoc ad opus Dantis. Sine vestris forte poesis  
Nam mea suppeciiis soluisset et ora serasset.

<sup>1)</sup> Infern. I, 1—27; VI, 64—70; VII, 58—64; XVI, 1—3; XXXIII, 79—85; XXXIV, 97—100; 121—140; Purgat. I, 1—31; VIII, 85—96; IX, 130—137; X, 106—109; XIV, 4—10; 36—42; XVIII, 49—64; XXXIII, 127—146; Parad. I, 1—33; III, 25—28; IV, 91—97; VI, 58—64; IX, 133—136; XI, 1—6; XXII, 110—119; XXVI, 70—79; XXXIII, 133—145. Vgl. Gori, Zaccaria, Giov. de Augustinis, Mehus a. a. O. Ueber die handschriftliche Ueberlieferung vgl. De Batines, Bibliografia Dantesca a. a. O. und G. Biagi, Giunte e correzioni de Batines, 90.

<sup>2)</sup> In der Einleitung zu den Symbolae II, 6.

Schriften, ein Glossar, Tractate über Rhetorik, Briefformeln, kleinere Dichtungen und Alanus de Insulis, De planetu naturae. Die Handschrift besteht aus 6 ursprünglich selbständigen Theilen: 1. Foll. 1—89; 2. Foll. 90—101; 3. Foll. 102—126; 4. Foll. 127—140; 5. Foll. 141—179; 6. Foll. 180—282. Es lassen sich unschwer 5 Hdd. unterscheiden. Foll. 100<sup>a</sup>—108<sup>a</sup>, 127<sup>a</sup>—151<sup>b</sup> und 153<sup>a</sup>—166<sup>b</sup> finden wir jene des Wilheringer Mönches Konrad Pädorfer, der 29. III. 1459 an der Wiener Universität den Magistergrad erlangte.<sup>1)</sup> Foll. 1<sup>a</sup>—89<sup>b</sup> zeigt die Schrift jenen hübschen, an frühere Jahrhunderte erinnernden Charakter, wie ihn die Renaissance geschaffen. Bl. 17<sup>a</sup>—18<sup>b</sup> treffen wir 2 Columnen. Foll. 1<sup>a</sup>—4<sup>b</sup> enthält jede Seite 19, Bl. 5<sup>a</sup>—89<sup>b</sup> 36 Zeilen, ebensoviele wagrechte und 2 senkrechte Tintenlinien. Die Initialen sind abwechselnd roth und blau. Von den 6 Lagen umfasst die erste 9 Doppelblätter, die zweite 7, die übrigen bestehen aus je 8. Am Ende der ersten sind 3, am Anfange der zweiten 4 Bl. herausgeschnitten. Die vier letzten haben Custoden. Wie und wann dieser Theil nach Wilhering gekommen, muss dahin gestellt bleiben. Vielleicht hat ihn Konrad Pädorfer, der sich, wie aus seinen Schriften hervorgeht, mit italienischer Literatur beschäftigt hat, erworben.

Foll 1<sup>a</sup>—4<sup>b</sup> treffen wir nun zunächst einen Brief Rontos an Guarino von Verona,<sup>2)</sup> in welchem er mit rhetorischem Pathos seine Ansicht über die Verse entwickelt:

*Est dolus atque bonus, quem quis committit in hostem.*

*Nil refert, armis contingat, palma dolisue.*

Als „*commanipularis*“ und „*gymnosista*“ habe er an dieselben geglaubt und gesungen:

*Quisquis homo vigeat mundo Titane sub alto,  
Vel sit herus populi vel habena vel armiger extet,  
Prelia iusta mouens sua perficit esse profecto  
Omnia, que poterit nanciscier eius ab hoste,  
Sive dolo capiat seu Marte potente rapinas  
Seu neculas hominum aut strages effecerit ille  
Oppida seu dederit flammis et tecta ruinis;  
Damna sui donec reparauerit, optima bella  
Intulit offensus neque crimen habebit agone,  
Scilicet ex isto,<sup>3)</sup> quoniam sibi strenua parent  
Jura nec esse feram causam lex sanciet istam.<sup>4)</sup>*

<sup>1)</sup> Vgl. Joh. Hurch, Aus einem Wilheringer Formelbuche, „Studien“ 1890, 1. und 2. Heft.

<sup>2)</sup> Geboren 1370, gestorben 1460. Vgl. über ihn J. Burckhardt, Cultur der Renaissance in Italien,

<sup>3)</sup> *exsisto*.

<sup>4)</sup> Hier, wie in den folgenden Mittheilungen aus Rontos Werken, habe ich in Bezug auf die Schreibweise jene Grundsätze befolgt, welche in seiner Schrift über die Orthographie aufgestellt sind. Von denselben will ich, um

Jetzt denkt er anders, „cum dolus ex sui natura fraudem fucam nullo sapiencium refragante significet.“ Die sapientes, die er ins Treffen führt und die er „multis et reiteratis lectionibus“ zu kennen behauptet, sind die alten Philosophen, in erster Reihe Plato und Aristoteles, und die „sacri doctores, quibus omnium rerum eciam latencium sciencia ac noticia vera satis diuinitus est collocata“. Der Brief endet mit den Versen:

Jamque, Guarine, uale per secula cunta beandus.  
Nulla michi poterit sors ferri graciosior orbis  
Quam tuus equus amor ueniens ex corde fideli.

Nun folgen Bl. 5<sup>a</sup> die Gedichte:

Occipiens Bellona ferox inferre nefasta  
Bella diu pacis populis fungentibus alme  
Munere, qui nullas ineunt insurgere gentes,  
Denique compotibus fatis infausta ualebit  
Omnibus atque suis uotis expulsa<sup>1)</sup> proteruis  
Concidet et rabie rancor se mandet acerba  
Hic et in astrigera regione perennibus annis.  
Hec mea metra sonent quid, recto concipe sensu.

\*

Ominor Italiam potius sic pace sub ista  
Turpiter implicita confundi — mendus ut essem —  
Quam fieri sub corde mero. Nam signa liquescunt.  
Sed mala ciuiles patientur cunta crumene.  
Si qua tumet sors ere, sinet tenuata tumorem  
Et latus huic lateri macies connectet earum.  
Par dolus ista quidem censerī debet ab omni  
Mente uiri sana. Quoniam manet oblita uirus

---

Missverständnissen zu begegnen, hier nachstehende anführen: Omnis dictio scripta per et deriuatur a supinis verborum desinentibus in etum, ut lectum, lectu. Vnde venit lectus, lecta, lectum, hec lectio (die Zeitgenossen Rontos schreiben gewöhnlich leccio), lectionis ... Sed cuntus, cunta, cuntum non debet scribi per et. Nec deriuatur nec formatur a supinis verborum desinentibus in etum; ergo non debet scribi per et (Fol. 30<sup>b</sup>); Est nichilum pes tribracus et debet scribi per c et h et non sine c, quia omnis littera habet tria accidentia, scilicet figuram, nomen et potestatem; deficiente c deficeret potestas illius uocabuli . . . Sic dico de hoc pronomine michi: debet scribi cum c et h (Fol. 33<sup>b</sup>); Conscribite dictiones ea forma, qua diutius seculis relapsis hucusque a uiris facultatis nostris effigiate rectissime cognoscitur et optime, ut poete, aduene, muse, celum, nec debent ista distinctis describi diptongis (Fol. 85b). In zweifelhaften Fällen schloss ich mich der Schreibart der Handschrift an.

1) expulsa.

Intus et exterius, strepitus diffundit olaces.  
Ve magis impotibus falsis pro iure manebit.  
Estque dolo commissa fides et fertur ab illo,  
Quo uelit. Instituunt sic fata potentia celi.  
Arca sed armigeri multo stipabitur auro;  
Ac hilarebit enim ciui de fraude peracta.  
Altipotens et celse deus, cui mundia cosmi  
Subdita rite manent et cuius velle reguntur,  
Pone situ solido et cui nulla rebellia possunt  
Sistere. Tanta uiret tua uis sublimis ubique.  
Italiae miserere tue, que tota ruinis  
A genitis laniata suis infertur acerbe,  
Et pius affer ei fragili per secla salubrem  
Cuncta statum superadde sibi ueramque quietem,  
Hac vice precipue, sub qua componitur anceps  
Hec sua conditio sua sors et pendula constat,  
Dissidias ac ipse suas, que tempore longo  
Marte furunt euantque. Silet cum pace sequestra  
Verifici fati vel cordis amore meracis.

\*

Ipse sui genitus, quando parentum  
Queritat excidium, calce seuero  
Oppetet et dabitur ditis Auerni  
Incola perpetuus fixus in illis  
Ignibus et consors manibus ustis  
Fiet in assidua morte morando.  
Tunc feret ille reus: Natus in orbis  
O utinam nulla parte fuissem.

\*

Qui fratri tulerit suo maligne  
Solam contumiam, mori meretur.  
Perpes. Sic sonuit Jesus docendo  
Eius discipulos. Sed ille quantum  
Tentabit grauius mali flagellum  
Occidens homines et ipsa bella  
Iniusta peragens et omne seuum  
Genti iam facinus gerens et optans.

\*

Das nächste Blatt, 6<sup>a, b</sup>, enthält eine kurze Erklärung von Metren: „Luculente iuuenis. Tuo mellito rogatu huic operi meo duxi superaddere documenta clarissime et sub compendio pertributa generum quorundam uersuum seu metrorum. Sunt enim paucis carminantibus ipsa nota ob raritatem doctrine difficilis atque tetre. Exametrorum autem et pentametrorum tibi desiui perhibere

noticias, quoniam a multis preceptoribus eius artis exhibite iam consistunt“ . . .

Auch die folgende Abhandlung (Bl. 7<sup>a</sup>—10<sup>b</sup>) ist metrischer Natur. Sie trägt die Aufschrift: „Hic ponuntur aliquot genera metrorum Boecii pro exemplis sollennibus et doctrina“ und kann mindestens die gleiche Beachtung von Seite der Philologen beanspruchen, wie die ähnlichen Arbeiten des Servatus Lupus und Nicolaus Perottus.<sup>1)</sup> Es bedarf deshalb keiner Rechtfertigung, wenn sie hier unverkürzt der Oeffentlichkeit übergeben wird.

(I, 2.)

Heu quam precipiti mersa profundo  
Mens hebet et propria luce relicta.

Hoc genus metri dicitur dactilicum tetrametrum id est quatuor mensurarum seu pedum et ypercatalecticum. Recipit enim dactilum in omni loco eiusdem metri preterquam in ultimo. Dicitur ypercalaleticum propter syllabam superhabundantem post duos pedes in medio versus etc. Scanditur sic:

Heu quam | precipiti | mersa profundo  
Mens hebet | et propria | luce relicta.

(I, 3.)

Tunc me discussa liquerunt nocte tenebre  
Luminibusque prior rediit vigor.

Primus enim versus huius generis metri est exameter id est sex pedum. De hoc genere metri inuenitur a multis magistris documentum. Itaque de ipso nil dico. Veniamus igitur ad secundum. Iste secundus versus dicitur alemanicus<sup>2)</sup> ab inventore sic dictus et est versus tetrameter id est quatuor pedum et recipit dactilum in omni parte sui, ut patet in hoc versu, qui est totus dactilicus:

Luminibusque prior rediit vigor.

Lumini|busque pri|or redi|it vigor.

Recipit etiam aliquando spondeum in principio metri ipsius, sicut patet in isto metro:

Nimbo|sisque polus stetit imbribus.

Nimbo|sisque polus stetit | imbribus.

Recipit etiam ipsum spondeum in secunda parte sui et in tertia, sicut patet in hoc versu:

Desuper in terram nox funditur.

Desuper | in ter|ram nox | funditur.

<sup>1)</sup> Servatus Lupus, De metris Boetii, herausgegeben von R. Peiper, Boetii philosophi consol. libr. V, Leipzig 1871, XXIV—XXIX. Nicolaus Perottus, De generibus metrorum, quibus Horatius Flaccus et Severinus Boetius usi sunt, Anhang der Adinischen Ausgabe des Boetius.

<sup>2)</sup> alemanicus.

(I, 4.)

Quisquis composito serenus euo  
Fatum sub pedibus agit superbum  
Versum funditus agitantis estum.

Istud metrum dicitur phalecium<sup>1)</sup> ab inventore sic dictum. Constat istud metrum primum spondeo et inde dactilo et inde trocheis successiue sequentibus, ut patet in hoc primo versu, scilicet:

Quisquis composito serenus euo.

Tamen in fine potest recipere spondeum et tunc erunt duo trochei precedentes. Nota, quod illi duo versus subsequentes, scilicet:

Fatum sub pedibus agit superbum  
Versum funditus agitantis estum,  
sunt falsi in tertio pede, quia ibi debet esse trocheus et non est. Sed est pirrichius. Ideo ego emendavi sic dicens:

Ronto: Fatum sub pedibus vehit superbum  
Versum funditus excitantis<sup>2)</sup> estum.

Iam paulo infra dicit:

Quid tantum miseri sevos tyrannos.

Iste versus est falsus in tertio pede, quia ibi non est trocheus, sed spondeus. Ideo ego emendavi sic dicens:

Ronto: Quid tantum miseri truces tyrannos.

Nunc versus recte stat. Loco seuos posui truces. Et nota, quod in fine huius metri est spondeus et est istud metrum quinque pedum. In fine recipit trocheum et spondeum.

(I, 5.)

O stelliferi conditor orbis,  
Qui perpetuo nixus solio  
Rapido celum turbine versas.

Istud metrum dicitur pindaricum<sup>3)</sup> ab inventore sic dictum et est tetrametrum id est quatuor pedum et est pedibus variatum. Nam primus pes primi versus est spondeus. Secundus pes est anapestus, tertius dactilus, quartus est trocheus et potest esse spondeus. Tertius autem pes secundi versus est spondeus, ubi dicit: nixus, quartus est anapestus, ubi dicit: solio. Primus vero pes tertii versus est anapestus, ubi dicit: Rapido, secundus pes est spondeus, ubi dicit: celum, tertius est dactilus, ubi dicit: turbine, quartus pes est spondeus, ubi dicit: versas.

<sup>1)</sup> faulentium.

<sup>2)</sup> Die gleiche Coniectur hat später R. Lange gemacht und R. Peiper in den Text aufgenommen.

<sup>3)</sup> Vgl. R. Peiper a. a. O. XXIV: „Servium prodit pindarici nomen, quod metro V (dim. anapaest) inposuit (Servatus Lupus): hoc enim non nisi ex centimetro IV, 5 notum est.“

O stelliferi conditor orbis.

Primus pes est spondeus, ubi dicit: O stel, secundus est anapestus, ubi dicit: liferi. Ceteros ego supra dixi. Et sic istud pindaricum metrum per totum stat pedibus variatum.

(I, 6.)

Cum Phebi radiis graue  
Canceri sidus inestuat.

Istud metrum dicitur gliconium ab inventore sic dictum et est trimetrum id est trium pedum. Primus enim huius metri est spondeus, ubi dicit: Cum Phe, secundus pes est choriambus, ubi dicit: bi radiis, tertius est pirrichius, ubi dicit: graue. Potest etiam in fine recipere iambum, ut patet infra.

(II, 2.)

Si quantas rapidis flatibus incitus  
Pontus versat harenas  
Aut quot stelliferis edita noctibus  
Celo sidera fulgent.

Primus versus huius generis metri dicitur asclepiadus ab inventore sic dictus et est quatuor pedum. Primus pes eius est spondeus, ubi dicit: Si quan, secundus est choriambus, scilicet tas rapidis, tertius est etiam choriambus, ubi dicit: flatibus in, quartus et ultimus est pirrichius, ubi dicit: citus. Potest etiam in ultimo recipere iambum, ut patet infra. Secundus versus socius eius dicitur pherecratius ab inventore sic dictus. Primus eius pes est spondeus, secundus dactilus. Tertius potest esse trocheus vel spondeus et est trium pedum. Inuenitur tamen in hymnis sanctorum, quod pherecratius habet dactilum in tertio pede dicendo sic:

Sanctorum meritis inclita gaudia  
Pangamus, socii, gesta que fortia.  
Nam gliscit animus promere cantibus  
Victorum genus optimum.

Ecce quomodo pherecratius habet in fine dactilum. Et nota bene, quod tertius versus, scilicet:

Nam gliscit animus promere cantibus,  
habet in secundo pede peonem, que res videtur contra regulam esse. Pherecratius potest etiam recipere in primo pede anapestum. Rectius dixisset sic:

Est gliscens animus promere cantibus.  
Item habet peonem quartum in secundo pede, ubi dicit:  
Sed corde tacito mens bene conscia.  
Item peon quartus est in secundo pede, ubi dicit:  
Te summa deitas unaque poscimus.

Melius dixisset:

Te verax deitas unaque poscimus.

Item, ubi dicit:

Ut culpas abluas, noxia subtrahas,  
melius sic dixisset:

Ut culpas nitides, noxia subtrahas,  
propter metrum dico. Item, ubi dicit:

Per cuncta tibi secula,

peritius dixisset:

Per cuntos tibi iam dies.

(II, 3.)

Cum polo Phebus roseis quadrigis

Lucem spargere ceperit,

Pallet albentes hebetata vultus

Flammis stella prementibus.

Cum nemus flatu zephiri tepentis

Vernis irrubuit rosis.

Hoc metri genus consociatum est ex metro saphico et gliconio. Primum metrum est saphicum. Saphicus versus constat ex quinque pedibus. Primus pes est trocheus, scilicet Cum po, secundus est spondeus, scilicet lo Phe, tertius est dactylus, scilicet bus rose, quartus est trocheus, scilicet: is qua, quintus est spondeus, scilicet drigis. Secundus versus est gliconius. De natura huius metri dixi, ubi dicitur in illo metro:

Cum Phebi radiis graue.

Saphicus dicitur a quadam muliere nomine Sapho, que invenit hoc metrum.

(II, 4.)

Quisquis volet perennem

Cautus ponere sedem

Stabilisque nec sonori

Sterni flatibus euri

Et fluctibus minantem

Curat spernere pontum.

Hoc genus metri dicitur anachorticum vel anachoricum et est trimetrum et est sociatum cum pherecratio. Nam secundus versus est semper pherecratius. Primus ergo pes anachortici est spondeus vel anapestus, secundus pes et tertius sunt iambici. Inuenitur interdum etiam in secundo pede trocheus. In fine metri anachortici syllaba superhabundat. Et scanditur sic:

Quisquis | volet | perennem.

Stabilisque nec | sonori.

Et fluctibus | minantem.

De secundo versu, scilicet pherecratio, iam dedi doctrinam in illo metro, scilicet:

Si quantas rapidis flatibus incitus,  
Pontus versat arenas.

Itaque hic de ipso nil dico. Sufficit ibi de ipso claram tribuisse noticiam.

(II, 6.)

Nouimus, quantas dederit ruinas  
Urbe flammata patribusque cesis.

Hoc genus metri est per totum saphicum, de quo dedi sufficientem doctrinam in illo metro, scilicet:

Cum polo Phebus roseis quadrigis.  
Itaque hic de ipso nichil dico, nisi ubi dicit:

Vertere prauī rabiem Neronis.

Falsus est versus in prima syllaba secundi pedis, quia ibi debet esse spondeus et est iambus. Et ideo ego emendavi sic dicens:

Vertere hanc prauī rabiem Neronis.

(II, 5.)

Felix nimium prior etas  
Contenta fidelibus aruis  
Nec inerti perdita luxu,  
Facili que sera solebat  
Jeiunia soluere glande.

Hoc metrum dicitur parteniacum ab inventore et est trimetrum. In fine tamen superhabundat una syllaba. Primus enim pes est spondeus, ut Felix, secundus est anapestus, ut nimium, tertius pes est anapestus, ut prior e. In fine syllaba est una superhabundans, scilicet tas. Potest etiam constare primus pes ex anapesto, ut ibi:

Nec inerti perdita luxu.

Et superhabundat syllaba post primum pedem anapesti. Et scanditur sic:

Nec inerti | perdita | luxu.

Secundus pes post syllabam superhabundantem est dactilus, ut perdita. Tertius et ultimus pes potest esse spondeus, ut luxu. Potest esse etiam trocheus, ut patet in aliis sequentibus. Item iste versus scanditur sic:

Facili | que | sera so | lebat.

Primus est anapestus. Item primus pes huius potest esse antibacchius cum syllaba superhabundante post se, ut:

Jeiunia soluere glande.

Et scanditur sic:

Jeiunia | soluere | glande.

Contenta fidelibus aruis  
sic scanditur:

Contenta fide|libus ar|uis.

In fine superhabundat syllaba. Primus pes est spondeus.  
Ceteri duo pedes subsequentes sunt anapesti.

(II, 8.)

Quod mundus stabili fide  
Concordes variat vices,  
Quod pugnancia semina  
Fædus perpetuum tenent.

Hoc genus metri est gliconium, de cuius natura superius  
doctrinam sufficienter exhibui.

(III, 1.)

Qui serere ingenium volet agrum,  
Liberat arua prius fruticibus,  
Falce rubos filicemque resecat,  
Ut noua fruge grauis Ceres eat.

Hoc metrum dicitur faliscum<sup>1)</sup> ab inventore eius. Est  
tetrametrum. Recipit dactilum ubique preterquam in fine, scilicet  
in quarto pede, ubi recipit nunc spondeum, nunc trocheum, nunc  
iambum, nunc pirrichium. Ecce in his versibus primus, secundus  
et tertius pes est dactilus. Ultimus primi versus est trocheus.  
Ceteri ultimi sunt pirrichii. Et nota, quod in hoc genere metri  
sunt duo versus falsi, quos emendaui. Et sunt isti:

Ut noua fruge grauis Ceres eat,  
Si malus ora prius sapor edat.

Ego autem sic eos emendaui:

Ut noua fruge Ceres grauis eat,  
Si malus ora sapor prius edat.

Non tamen imputo hoc discrimen et hunc defectum Boecio,  
sed scriptoribus imperitis.

(III, 2.)

Quantas rerum flectat habenas  
Natura potens, quibus immensum.

Hoc metrum dicitur pindaricum et est tetrametrum acatalecticum  
id est sine syllaba superhabundante. Hoc metrum potest recipere  
dactilum ubique preterquam in ultimo pede. Recipit spondeum  
ubique. Recipit in fine trocheum et quandoque tribracum. Sed  
in primo pede et in secundo et in tertio potest recipere anapestum.  
Et scanditur sic:

Quantas | rerum | flectat ha|benas  
Natu|ra potens, | quibus im|mensum.

Et sic cetera.

<sup>1)</sup> faulastum.

(III, 4.)

Quamuis se tirio superbus ostro  
Comeret et niueis lapillis,  
Inuisus tamen omnibus vigebat  
Luxurie Nero seuientis.

Hoc metrum est mixtum et sociatum ex metro phaletio<sup>1)</sup> et archiligo ab inventore sic dictum. Recipit dactilum in diuersis locis et interdum loco dactili recipit spondeum. In ultimo autem pede et in penultimo recipit trocheum. Primus versus est quinque pedum et in primo pede habet spondeum vel trocheum. Et scanditur sic:

Quamuis | se tyri|o su|perbus ostro.

Secundus versus est quatuor pedum. In primo pede habet dactilum. In secundo etiam habet dactilum. In tertio habet dactilum. In fine id est quarto habet nunc spondeum, nunc trocheum. Et scanditur sic:

Comeret | et niue|is la|pillis.  
Luxuri|e Nero | seui|entis.

(III, 5.)

Qui se volet esse potentem  
Animos domet ille feroces  
Nec victa libidine colla  
Fedis summittat habenis.

Hoc metrum dicitur parteniacum ab inventore et constat ex tribus pedibus et syllaba superhabundante in fine. Primus pes eius est spondeus, secundus et tertius pedes sunt anapesti. In fine est syllaba superhabundans. Recipit etiam in primo pede anapestum. Recipit etiam in secundo pede quandoque spondeum. Et scanditur sic:

Qui se | volet esse poten|tem  
Ani|mos domet ille fero|ces.

(Schluss folgt im nächsten Hefte.)

<sup>1)</sup> falentio.